

At Deus forma mundi informans  
ici non potest. Nam 1. Efficiens non est  
prima effectus. Deus est causa efficiens mun-  
di. Ergo non forma. 2. Rei naturalis sensibili-  
s & materialis (qualis mundus est lib. 1. de  
cel. text. 97.) forma est ex potentia materie  
ducta & in natura subsistens: Deum autem  
alem formam dicere, absurdum est & im-  
mum. Ergo. 3. Ens infinitum & aeternum  
non est forma entis finiti & temporalis. Deus  
est ens infinitum & aeternum. Ergo.

Object: Deus dat esse mundo: Ergo est  
ius forma. Consequentia probatur: forma  
nim dat esse rei. R. Deum dare esse non ut  
causam formalem, sed ut efficientem.

Neq; coelum potest esse forma  
mundi. Nam 1. Pars integralis & quidem  
eterogenea non potest esse totius forma in-  
formans, Coelum est pars talis mundi. Ergo.  
Major patet. Nam brachium v.g. integra-  
is hominis pars dici non potest forma hominis.  
Materia mundi non est eius forma: Coelum  
est materia mundi. Ergo Min. Pro. Nam  
mundi jam constituti materia sunt coelum,  
elementa & quae in his continentur. 3. Quod

non